



**Geistliche || Lieder vnd Psalmen/ der || alten  
Apostolischer recht vnd warglau=||biger Christlicher  
Kirchen/ so vor vnd nach der || Predigt/ auch bey der  
heiligen Communion/ vnd || sonst in dem haus ...**

**Leisentritt, Johann**

**Budissin, 1567**

**VD16 L 1061**

Idem Ad Evndem Lib: I. Epigram: Epigramma: 222.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56508](http://urn.nbn.de/hbz:466:1-56508)

EPIGRAM.

Omne nocturni decus helluones,  
Aestimant poculis sibi comparari.  
Sorde qui tanta cupid abstinere,  
Vilis habetur.  
Qui Dei cultor minus intumescit,  
Approbat uanas nec opiniones,  
Alget & tristis sit abominandi  
Fabula uulgi.  
Centies ergo potes esse fœlix,  
Docte Mecoenas, meliore uita  
Deditus Christo, quod in hanc cha-  
rybdim Ire recusas.  
Temporum lumen merito suorum,  
Inclitus Leisentritus colatur,  
Dum natant fecdo mala cæterorum,  
Corpora ponto.

IDEA AD EVN.  
DEM LIB: I. EPL

gram: Epigramma:  
222.



EPIGRAM.

CVm tua sit multis iā cognita gloria terris,  
Et Leisentritum candida fama ferat,  
Me quoq; tantus amor,iuuenili percitus testu,  
Mouerat in laudes altius ire tuas.  
Ergo tibi dudum præconia digna reueluo,  
Nominis ut cultor dicar & ipse tui.  
Te quia mirandis facundia dotibus ornat,  
Commendatq; piæ religionis honor.  
Dignus es occasum contingere solis ab ortu,  
Nulla sit ut tanto gratia dempta uiro.  
Quæso mihi faueas, ut te mea carmina cantent.  
Nullibi laudandi copia maior erit.

IDE<sup>M</sup> EX TER-  
TIO LIB: EPIGRAM:  
Epigramma: 76.

R Espexere preces tandem pia numina iustas,  
Quas,tibi deuinctus uit uenerāde,tuli,  
Nam mihi cū fuerant, uitfutum dona tuarum,  
Cognita,quas largi fluminis instar habes.  
Protinus ad Musas,incensus amore canendi.  
Supplicibus fudi plurima uota sonis.  
Vtq; fui nitidas Phœbi prostratus ad aras,  
Sic mea gaudebam cernuus ora loqui.